





ACTA  
 SEMESTRIA  
 PUBLICAE  
 STUDIORVM SCHOLASTICORVM  
 LVSTRATIONI

A. D. XVIII. MART. M D CC XXXIX  
 INSTITVENDAE  
 PRAEMISSA

à

M. IO. GOTTL. BIDERMANNO R.

---

FREIBERGAE

Litteris CHRISTOPH. MATTHAEI.

XVI.

ifle,  
 mil-  
 e-  
 mo  
 ac  
 VS  
 ens,  
 ac  
 con-  
 iam  
 alu-  
 un-  
 ui-  
 em-  
 ten-  
 ffis,  
 ex-  
 EL-  
 t,a)  
 unt,  
 tur,  
 lum  
 At  
 lam  
 e ad  
 icia,  
 utis,  
 ccu-  
 on-  
 re-  
 uni-  
 ctus  
 men-  
 pen-  
 Fau-  
 rem  
 I.



**A**CTORVM SEMESTRIVM in veterum libris frequens est nomen et perulatum. Non solum enim iuris et legum cultores ex PANDECTIS Semestria Acta M. Antonini referri, a) ab VLPIANO acta semestria Diui Seueri commemorari, b) et à TRYPHONINO eorundem mentionem iniici, c) nouerunt: sed ii etiam, qui in excutiendis rerum gestarum monumentis versantur, huius generis commentarios idemdem referri, vident. Ita enim sapienti consilio Imperatores, Senatus, atque uniuersus populus Romanus constituerant, ut, quae singulis diebus in republica gerebantur, et iudicabantur, in tabulas referrentur, quae, ad posteritatem transmittenda, seges atque materia essent iis, qui historiam condituri erant. Hac mente SVETONIVS, d) TACITVS, e) et VELLEIVS PAT. f) acta diurna, VOPISCVS g) quotidiana, et DIO h) semestria in lucem protraxerunt. Cur vero veteres Romani commentarios illos publicos sex mensium spatio circumscripserint, quum tamen plurimae magistratum provinciae annuae essent, IAC. GV'THERIVS i) hac coniectura explicauit: ACTA SEMESTRIA sunt libri, qui in sex anni mensibus fiebant: nam in aliis sex bello operam dabant: complectuntur autem res gestas in consultationibus, quibus proceres adhibebantur, qui sex mensibus in consilio Imperatori adsidebant.

Horum Actorum Semestrium, si parua licet componere magnis, memoria animo meo obuersatur, quum post semestre interuallum publice ratio reddenda est profectuum scholasticorum. Acta igitur semestria in hac schedula eorum oculis iam exponimus, qui huic sapientiae et virtutum palaestrae vel praesunt, vel bene cupiunt. Vestrum est, PATRONI ac FAVTORES, pro vestra perspicacitate edisserere, quae probanda vel rescanda, emendanda vel commendanda, profutura vel obfutura videantur.

Libros, a maioribus circumspecte praescriptos, migrare, eo magis religioni nobis duximus, quo grauius hodie doctores academici conqueruntur, interpolatis et nouatis veterum institutis, inutilia terrae pondera ex plurimis scholis inferioribus ad superiores nunc ablegari, et cruda ab iis studia adferri, qui nubem pro Iunone, et futilia pro utilibus amplexi fuerunt. Ex multis duo iam testes, eosque fama dignitate et meritis eminentes, adducam: quorum alter I. G. IOECHERVS, delictum Lipsiensium Musarum, his verbis candide atque aperte animi sui sententiam prodit: k) *Vellem, ut scholarum doctores nobis discipulos suos philosophiae omnis imperitos potius, quam, cum humaniorum, quae dicuntur, litterarum dispendio, in ea doctos committerent. Multo enim facilius est, eos, qui philosophicarum rerum inscii, quam hos, qui ab humanitatis studiis imparati sunt, iuuare, eorumque defectus sine multo negotio, horum difficillime suppleantur.* Alter vero, Germanorum Cicero dicam, an Horatius, I. C. GOTTSCHEDIVS, com-

a) Capirolin. c. IX. b) L. Paet. D. de pact. et L. XII. D. de acqu. hered. ff. c) Disputt. L. II. d) in Aug. 64. e) Annal. XIII. 31. f) L. II. 60. g) Voc. in Aurel. c. I. h) c. LIII. i) de offic. dom. Aug. L. I. c. 24. k) in Progr. de Pythagorae methodo, philosophiam docendi. p. 9. (Lipsf. 1741.)

commentationem S. R. STEMLERI, bonae frugis plenissimam, quae inscribitur: *cur hodie pauci sint boni scholarum rectores?* recensens, haec subiungit: 1) Zu denen Schwierigkeiten, welche die Zahl guter Schulmänner klein machen, gehöret auch diese, daß man heut zu Tage von einem Schullector die Anweisung in denen philosophischen Wissenschaften fordert. Unsers wenigen Erachtens ist dieses eine Last, die sich einige Schulmänner selbst aufgebürdet haben, und dabey man ihnen billig juruffen möchte: Wer fordert solches von euren Händen? Wenn man von Schulen nur junge Leute auf Universitäten bekommt, die in denen gelehrten Sprachen geübt sind, und in denen dazu nöthigen Alterthümern, den Anfangsgründen der Dichtkunst, und denen Vorübungen der Beredsamkeit, nebst einem Vor-schmack von der allgemeinen Historie und Geographie die nöthige Anweisung ge-nossen haben: so kann Mathematic, Philosophie, und alles übrige auf hohen Schu-len noch sehr wohl begriffen werden. Aber, wenn man Leute auf dieselben bekommt, die nebst einem bisgen Geometrie, und einen bisgen Logic, und einen bisgen Metaphysick, ein bisgen Moral, und mit andern solchen ganz kleinen bisgen mehr, einen grossen Stolz auf ihre bereits getriebenen höhern Wissenschaften mitbringen; dabey aber keine Zeile gut Latein schreiben, geschweige denn reden können, von Griechischen aber gar nichts wissen: dann ist gewiß denen hohen Schulen schlecht gerathen. Aber, kommt dieser Werderb nicht daher, daß so viele Schullehrer sich ihres Standes schämen, und gerne akademische Lehrer spielen wollen? etc. etc. Quo igitur loco habendae sint illae lectiones, quae nostris litterarum alumnis proponuntur, aequi rerum aestima-tores facile intelligent. Haec vero per elapsum semestris earum fuit ratio:

M. Io. Gottl. Bidermann, Rect.

PUBLICA ex *Compend. Hutter.* explicauit Loc. XIV - XVIII. ex *Plutarchi* libr. de educ. puer. cap. XII. XV. ex *Hesiodi* Scut. Hercul. a vers. 1 = 285. ex *Ouid.* Metamorph. L. I, et II. ex *Omeijii* Rhetoric. L. I, II, III. ex *Starckii* Grammat. Hebr. Membr. I - VII. PRIVATIM ex *Vellei Patere.* L. II. cap. 69, 100. ex *Nieuporr.* Antiquit. Rom. a Sect. I - IV. ex *Horat.* od. L. III. et IV. ex *Geographia* Galliam, Angliam, Belgiam, Italiam, Heluetiam, Daniam, Norvvegiam et Sueciam: ex *Rechenbergii* Hist. Eccl. Saec. VII - XI. ex *Bibliis Hebraicis* textus sacros, qui singulis diebus Veneris pro rostris sacris explicantur.

Et quoniam elaborando et imitando imprimis discendum industria adiuuatur, nullum diem, hoc intermisso exercitio, praeterlabi patitur. Proposuit enim primi ordinis sociis et elaborata emendauit publice XXI. scripta soluti, et VIII. ligati sermonis Lat. priuatum Imitationes XIV. Graec. poéticas ex *Hesiod.* XII. profaice, ex *Plutarcho*, XIII. poetic. Lat. ex *Ouid.* et XXVI. ex *Horat.* XXX. ex *Vellei Patere.* et XI. Chrias oratorias ex suggestu peroratas, correxit.

M. Io. Andr. Luther, Conr.

PUBLICA in analysi *Nou. Test.* ad finem perduxit Luc. c. XV. in *Mathematicis* absoluit Geometriam, in *LOGICIS* exposita historia Logices, partem eius primam, quae agit de intellectu eiusque facultatibus, explicare coepit. In *Cornelio Nep.* vitam *Thrasyluli* interpretatus est. In *Officiis Cic.* absoluit Lib. I. In exponenda *Historia Cellariana* ea, quae ad historiam litterariam facc. XVI. pertinent, persecutus est, et *Vitas eruditorum* uberius enarrauit. In *Formula Concord.* absoluta Epitome, solidam repetitionem et declarationem aggressus est. PRIVATIM in *Epi<sup>st.</sup> Cic.* ad diu. L. XII. Ep. XV. in *Iustino* L. V. in *historia* quartae monar-

1) in Neuen Bücheraal der schönen Wissenschaften V. Band, III. Stück. p. 281.

monarchiae ad ductum *Hubneri* Saecul. III. in *Geographia* Germ. ad ductum Cl. Hageri circum Austriae et Bavaricum absoluit. Denique in emendandis Exercitiis stili et exempli andis primis oratoria et poeseos Lat. ac germanicae elementis nihil in se desiderari passus est.

M. Io. Aug. *Hartzbach*, Coll. III.

Ex *Hutteri Compendio* Loc. de Ministr. et Eccles. eodem, quo priores, modo, cum suis pertractavit. In *Fabricii* Hist. Sac. explicandis ab Hist. XV. usque ad XXVIII. progressus est publice. Priuatim in *Erasmi* libello de Ciuil. Mor. a §. 88. usque ad III. peruenit, formulis obuiis ex tempore ad commodatis. Pensã XXX. publice et priuatim singulis diebus Mercurii dictata, domi maxime emendauit. Ad *Graecae* linguae culturam Paradigmata Declinat. et Coniug. in primis contractarum, ex *Wellero* inculcauit. *Koeberei* Dicta una cum *Symbolo* Apostol. ad finem perduxit: priuatim Pericopes Euangelicas cursorie enodauit. Ex *Langio* regulas poeticas publice exercuit: priuatim *Catonis* Disticha Moralia explicauit. In extraordinariis horis publico - priuatis singulis diebus Veneris cap. IV. et V. doctrinae salutaris ex *Enchiridio Dreslensi* enucleauit: diebus Sat. vero cum *Currendanis* Declinationes et Coniugationes tractauit, sententia aliqua memoriae mandata occasione praebente. In superioribus Classibus *Hemamii* Conspect. Reip. litt. *Terentii* Comoedias et *Elementa Gram.* *Hebraicae* propinat.

Io. Fridr. *Doles*, Cant. et Coll. IV.

Praeter eam, quam ad instillandam canendi artem quotidie adfert, operam, in excolenda cum suis auditoribus Latinitate, adhuc ita est versatus, ut in *Langii Gram.* caput de *Ety-mologia* a p. 49. usque ad p. 127. persequutus sit, in *Syntaxi inculcanda* a p. 201. usque ad p. 225. perexerit; in *Colloquiis* a p. 410. usque ad p. 421. peruenit. Ex *Epistolis* autem *Ciceronis minoribus* a Lib. I. Ep. XII. usque ad Lib. II. Ep. XII. est progressus.

*Godfr. Gebhard*, Coll. V.

In *Catechismo Lurberi* absoluit caput de praee, et sacramento baptismi. In *Grammatica Langiana* Syntaxin, eo, quo pueris explicari debet, modo, rursus absoluit. In *Colloquiis Langianis* Decuriam IV. explanauit. In lectionibus priuatis *Starckii ordinem salutis* continuauit. Non ita pridem quoque *Historiam repurgatorum opera D. Lurberi sacrorum*, tironibus breuiter enarrare coepit. Ad cognitionem Lat. linguae perexerit in *Vestibulo Berolinenfi*, et XX. fere pensã absoluit, additis totidem imitatiunculis. Neque superuacaneum duxit, singulis septimanis nonnullas scriptorum veterum sententias Latinas discipulis proponere edificandas.

Quae curae cordique scholae sunt, hi quoque curae

Sint cordique Deo: sic bene cuncta fluent.

Io. Gottfr. *Fritsche*, Coll. VI.

Publice Etymologiam, et priuatim regulas syntaxeos cardinales ex *Grammatica Latina* exemplis illustrauit. Sex *Colloquia* ex *Langianis*, et tirocinium paradigmaticum ad declinandum et coniugandum, absoluit. Ex *Fendii Florilegio* sententiarum V. Decurias pertractauit, uocabulis memoriae inculsis. Ex *Comenii Vestibulo* sententias et uocabula memoria comprehendenda suppeditauit. Magnif. *Wiltschii Isagogen catechetica* ad biblia salutariter legenda inculcauit. *Catechismum Lurberi* examinauit, et psalmos VII. poenitentiales, breuiter explicatos recitandos curauit. Tandem etiam suae curae commissos litteras pingere docuit.

Io. Abr. *Fridhelm*, Succentor.

Prima fidei christiana capita ex *Catechismo Lurberi* diligenter inculcat. *Biblia sacra* statis horis praeleguntur. *Historiae sacrae* ab *Hubnero* enucleatae examinantur, et memoriae mandantur. *Euangelia Dominicalia* explanata recitantur. *Elementa Latinae linguae* ex *Rhenii Donato* proponuntur. *Currendani* etiam principia artis canendi docentur. Denique

*Collaborator*.

Pueris litterarum elementa tradit, eosque legendo et syllabas recte formando exercet. Adultiores idem ad doctrinae christiana rudimenta itemque declinandum et coniugandum adducit, et *Vocabula Latina eorum memoriae* imprimit.

Yb 627

(1/80)

ULB Halle  
002 103 591 3



TAJOL









76

ACTA  
SEMESTRIA  
PUBLICAE  
STVDIORVM SCHOLASTICORVM  
LVSTRATIONI  
A. D. xviii. MART. M D CC XXXIX  
INSTITVENDAE  
PRAEMISSA  
à  
M. IO. GOTTL. BIDERMANNO R.

FREIBERGAE  
Litteris CHRISTOPH. MATTHAEI.

XVI.

